salubriter exercentur,
ut aculeus carnis optun
sus. mens pacifica suo re
concilietur auctori.
nec inmutabiliter semper
que sunt bona. quia
plerumque eorum inter
missione non ledimur.
Immo et iam in perniciem
Interdum animae impor
tunius caelebrata uer
tuntur. Sed nec prin
cipale malum est ad quod
illius uidetur aduersum.
id est ciborum naturali
ter iocunda perceptio.
que nisi intemperantia
atque luxuria uel alia
que damnata uitia subsequan
tur. mala non potest
definiri. quia non quod
intrat in os coinquinat
hominem. sed que pro
cedunt de ore hec com
quinant hominem. Prin
cipali itaque derogat
bono nec perfecte aut si
ne peccato illud exsequitur.

quisquis hoc non propter
id ipsum. sed propter
aliud aliquid facit. Om
nia enim huius gratia
facienda sunt. ipsum
uero propter se solum
est expetendum. XIII
TEadem igitur definiti
onem super ieiunii qua
litate iugiter retinen
tes. ita illud totis ani
mi uiribus appetamus.
ut tamen tunc demum
id nobis congruum noue
rimus si in eo temporum
ratio. si qualitas. si
mensura seruetur.
nec tamen in ipso spem nostre
terminum defigamus.
Sed ut per ipsum ad puri
tatem cordis et apos
tolicam caritatem perue
nire possimus. Igitur
ex hoc ipso ieiunio ubi
non solum specialia pre
fixa sunt tempora qui
bus uel exercere debeat
uel praetermitti. sed et iam

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. p.%2058 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/en/csg/0575/p.%2058)